Bibliothèque impériale

[illegible] paſchale [illegible] eius [illegible]

habere renes accinctos debet. ut qui ſollempnitatem [illegible]

reſurrectionis atque incorruptionis iam querit nulli

ſubiaceat corruptioni, voluptates edomet, carnis luxu-

riam reſtringat. Neque enim cognouit que ſit ſollempnitas

incorruptionis qui adhuc per incontinentiam corruptioni

ſubiacet. Nec quibuſdam durum ſit. ſed anguſta porta eſt

que ducit ad uitam. habemus iam multa exempla conti-

nentium. Unde bene admonet ſubdit. Calciamenta habentes

in pedibus ueſtris. Quid enim ſunt pedes noſtri niſi opera.

Quid uero calciamenta niſi pelles mortuorum animalium.

Calciamenta autem pedes muniunt. Quid uero ſunt mor-

tua animalia ex quorum pellibus noſtri muniuntur pedes

niſi antiqui patres qui nos ad eternam patriam preceſſerunt

quorum dum exempla conſpicimus noſtri operis pedes munimus.

Calciamenta in pedibus habere eſt mortuorum uitam

conſpicere. et noſtra ueſtigia a peccati uulnere cuſtodire.

Tenentes baculos in manibus. Quid lex per baculum

niſi paſtoralem cuſtodiam deſignat. Et notandum quod

prius percipimur renes accingere. poſtmodum baculos

tenere. quia illi debent curam paſtoralem ſuſcipere qui

iam in ſuo corpore ſciunt fluxa luxurie domare. ne cum

fortia predicant ipſi deſideriis mollibus eneruati non

ſuccumbant. Bene autem ſubditur. Et comedetis feſtinan-

tes. Mandata dei myſteria redemptoris celeſtis patrie

gaudia cum feſtinatione cognoſcite [illegible] cum

[illegible] feſtinanter implere curate. Quia enim adhuc hodie

[illegible] bene agere [illegible]

Feſtinantes ergo paſcha comedite [illegible] ad ſoll[illegible]

[illegible] celeſtis patrie [illegible]

Notate fratres. notate quod feſtinantes.

Ordonnance Pour le Barrois